

STEINGADEN S. Johannes Bapt.

Stain-, Steingademen, -gadium, Petropolitana.*

Ad pedem Alpium, prope Schongau, Bavaria Superior, Dioec. Augsburg

Secundum traditionem domesticam (clm 1462) a nullo quidem documento probatam, Stus. Norbertus, Romam petens per hunc locum venisse fertur, et dixisse: „In hoc loco habitabunt aliquando filii mei“. Abbatia insignis, fundata est anno 1147 per Guelphum ducem de Spoletto et Saxonia (Welf VI), ut filia Rothensis. Iam anno 1156 immediate Papae subditur. Diu litigatum est de finibus dioecesium in hac regione, ad tempus enim pertinuit ad Freising¹. Ideo addictum fuit circariae Sueviae, sed certe a saeculo XVI

¹ Alexander Pp. III, probabiliter de rogatu ducis Guelfonis anno 1177 rivum quendam constituit in limitem inter dioeceses Frisingensem et Augustanam, quo canonia adscripta fuit priori. Tamen in posterum in praxim non est deducta haec decisio, usque in hodiernum diem St. pertinet ad dioecesim Augustanam



Bavaricae. Ecclesia adhuc stans anno 1176 fuit consecrata. Initio monasterium duplex. Sorores mox factae sunt independentes, propriis bonis ditatae. Vexationibus nobilium vero adeo sunt depauperatae, ut una cum sororibus monasteriorum duplicium de Polling et de Rottenbuch aufugerint in coenobium Benedictoburanum, tunc adhuc duplex, et datae sunt OSB anno 1284. Canoniae incorporatae sunt parochiae sequentes: ad breve tempus tantum Peiting 1194 et Willmannshofen 1251. Dein: Wiedergeltingen et Prem 1197, Siebnach 1220, Ober und Unterirsingen 1284–1396, Epfach 1286, Holzhausen 1296, Trauchgau 1312, Steingaden (in ipsa fundatione), Hohenfurch 1785, et Ingenried pariter saec. XVIII. In Tirol, ubi habuit vineas extensas: Algund et Tschars 1218. Has omnes administravit canonicis suis, sicut et ecclesias sequentes: Hausen prope Waal, Zeisertshofen, Bayerniederhofen, et peregrinationes Ilgen, Kreuzberg et Wies. A cunabulis monasterium fuit immediate imperio subiectum (reichsunmittelbar), conventus usque ad saeculum XV exclusive nobilis. Quod fuit causa paupertatis, malae disciplinae et aerumnae omnis generis, ita ut anno 1400 unus tantum canonicus fuerit in domo, cui accedit incendium anno 1402. Postquam anno 1425 praepositus ex Rotha postulatus renuntiasset immedietati et monasterium posuisset sub tutela ducum Bavariae, res verterunt in melius. Anno 1434 factum est abbatia, quae aucta est pontificalibus anno 1475. Anno 1525 a rusticis est devastata et combusta², quo maior pars archivi periit. Stalla chori, quae adhuc vidimus, posita sunt anno 1534. In fine illius saeculi, cum maior pars monasteriorum graviter fuerit collapsa, Steingaden optime floruit in bona disciplina, abbates eius, praesertim Gallus Theininger († 1606) magni fuerunt fautores reformationis ordinis. Ad hoc advocaverunt canonicos ex Brabantia. Anno 1624 fit novitiatus generalis, et 1652 studium generale circariae, an. 1654 de novo novitiatus, sed nihil duravit. Anno 1646 enim combustum erat a Gallis, qua occasione periit bibliotheca. Saeculo XVII tamen aliqui abbates eminentes omnia damna potuerunt sanare. Anno 1661 restauravit Speinshart, quod abhinc, sicut Griffen fuit sub eius paternitate. Proventus annui fuerunt 34 000 fl, taxa annua 904 fl, silvas habuit 1619 jugera. Status personalis: 1401: 1 canonicus, 1623: 28; 1764: 45; 1774: 38; 1803: 25. Tamen res oeconomicae non prosperaverunt saeculo XVIII. Antonius Erath abbas annis

² Rustici illi venerunt ex Suevia, ubi a dominis suis male tractati, veram revolutionem excitaverunt (bellum rusticorum, Bauernkrieg), castra et monasteria comburentes. Speraverunt illam etiam translaturus esse in Bavariam, ubi prima eorum victima erat Steingaden. Sed rustici ibi, subditi abbatiae, contenti fuerunt, nec excessibus talibus voluerunt participare. Ideo Suevi illi decepti ad sua reverti coacti sunt. In Bavaria revolutio illa non exarsit. (S. SCHALLER, Die Benediktiner im Bistum Freising, Beiträge zur altbayr. Kirchengeschichte XXXIII 1981, 29)

1708/15 processu sumptuoso immedietatem (anno 1425 definitive perditam) denuo aspiravit, sed ruina pecuniaria facta est completa per constructionem famosae ecclesiae in Wies, quae est unum ex monumentis pulcherrimis artis illius saeculi in toto mundo (Rokoko, 1746–53). Constabat structura eius 180 000 fl. Cui est addendum aes alienum 100 000 florenorum pro decore ipsius ecclesiae abbatialis. Hisce aerumnis pressus, abbas Augustinus anno 1784 ab Electore Bavariae petiit suppressionem abbatae, cuius unio cum Nuntiatura Monachii recenter erecta iam considerabatur. Sed in vanum. Nequidem ultimus abbas Gilbertus Michl, qui fuit optimus oeconomus et propositiones fecit prudentissimas pro nova organisatione ordinis in Bavaria, res potuit vertere in melius. Sub illo spiritus sic dictae „illuminationis“ (Aufklärung) penetravit conventum, cuius disciplina malam habuit reputationem. Post suppressionem an. 1803 maior pars monasterii, qui fuit adhuc structura saec. XII/XVI, anno 1819 deleta est, praeter unam alam quae continet pulchrum claustrum romanicum. Ecclesia, quae est speciosa valde, est parochialis. Ecclesia in Wies maxima cum difficultate a rusticis regionis a destructione est salvata. Clemens Hofbauer tentavit in vanum, eam acquirere pro Congregatione sua. Nunc est ibi schola, ad ecclesiam videndam accurrunt quotannis „millia millium“.

Manuscripta et Archivalia: StB München clm 1007 Nekrolog edd. BAUMANN MGH Necr. I 35/37; clm 1013 aliud necrologium 1569–1707; clm 1461: necrologium 1707 sq; clm 1462: Fasti Steingadenses an. 1609 a Fr. Br. Schrefelio conscripti; clm 1463: Isagoge regiminis antistitum Steingadensium carmine scripta a Fr. J. M. (1609) cum Necrologio saec. XVII ff. 60/67 – clm 1921: series praepos. et abb. s. XVII – cgm 2960: Chronik von 1764, auct. P. Gerlach Heimerle – Bibl. Publ. Nancy MS 991/II 371/419, 995/III 199 sq. – HStA München: 1976 Urkunden 1154–1788, Gerichtsurkunden Mindelheim, Schongau, Weilheim; 55 Literalien 1550–1800: inter alia nr. 2–6 Ordensangelegenheiten der Bayr. Zirkarie 1601–1752, darunter 2 Briefbücher des Abtes Augustin Bonenmayer betr. Visitationen und die wissenschaftl. Arbeiten der Chorherrn 1653–61 (Nr. 3 u. 4) – Nr. 6½ und 7 Archivrepertorien 17/18. Jahrh.; Nr. 8/I Sammelbd. Akten 1183–1715; Nr. 8/II–III Streit- und Prozeßakten 1545–1774; Nr. 9–11, 25 Kopialbücher 1230, 1756–93; Nr. 12: Chronologia 1715–27; Nr. 13/15: Akten betr. Prozeß um Reichsunmittelbarkeit 1708–16; Nr. 17: Pfarrvisitationen 1651–63; Nr. 17a: Bruderschaft in der Wies 1755–56; Nr. 18/18a: Abtswahlen 1606–1745; Nr. 19/21 Nekrologe, konföderierte Klöster 17/18. Jahrh.; Nr. 22/24 Jurisdiktion 16–18. Jahrh. Nr. 26/34, 46/47 Grund-, Kasten- und Steuerbücher 1441–1803; Nr. 49: älterer Bibliothekskatalog; Nr. 37/45 Grundbesitz 1493–1753. – Generalregistratur 680/25a, 759/1 Visitation von Griffen 1715–30, 759/4. – Kreisarchiv München: 5 Urkk. 1533–1592; KL 688/1–KL 704/40: Chronik, Privilegien, Jurisdiktion, Aufhebung, Klosterleben, Archiv, Bausachen, Bibliothek, Bräuhaus, Fischerei, Forst- und Jagdwesen, Pfarreien, Untertanen, Rechnungswesen, Schule, Straßenbau, Streit- und Zehentsachen 16–19. Jahrh. (Von Wichtigkeit sind hierfür auch die Akten der Herrschaft Hohenschwangau im HStA und im StA Neuburg) – StA Neuburg: Urkunden 1561–1714, Urbare, Literalien 1591/1804, darunter Nr. 46

ein Archivrepertorium 1687/89, continuatum usque ad saec. XVIII. Acta 1619/1804 et specialia 1513/1803, u. a. Nr. 34: Wahl und Weihe des Abtes Gilbert 1674, Nr. 35: Kirchenbau in Ilgen 1678, Nr. 60: Einkünfte in Schwaben 1803; – Literalien 1541–1805, u. a. Urbare 1591–99; Güterbeschreibungen 1541–1707; Klostergüter 39 Bde. 1611–1803. – Pfarrarchiv Steingaden Akten 17/18. Jahrh. – in archivis dioecesis Monachii et Augustae est nihil.

Bibliographia: ARETIN 1804, IV 81/86 – BACKMUND Chorh. 194/98 – IDEM MaGSchr 1, 353 – IDEM Prk 1629 et ProvKap – BAUSA 377 – Bavaria I 910 – BRACKMANN GP II 74/78 – BRAUN GBA II 190 ff. – CapS cf. ind. – CCLBM II 3, 122/25 (cf. I 1, 222) – DEHIO GALL Obb. 262/63 – ERTL 225 – FABRE I 177/78 – Form. Pr. Nr. 323, 324, 327 – GEIGER St. Mang cf. ind. – GERITS Prem. – IDEM, Despruets – GLAS-SCHRÖDER II 160/63 – GOOVAERTS I 14, 58, 71, 93, 175, 204, 321, 331, 398, 439, 543, 556, 579, 584, 610, II 60, 83, 134, 163, 174, 196, 211, 385, 395, 405, III 10, 179, IV 185, 213, 329 – HALM/LILL, 9, 14 – HARTIG Obb 18/27 – HERMELINCK I 12, 55 – HHD VII 679 – HUGO II 877, prob 533/37 – HUND GEWOLD III Mon. 351/69, Rat. 243/55 – HUTER I lvj, II cf. ind., III 455 – JL 10180, 11365, 12847, 12867, 15436, 17068, 17574 – JOHN Canons – KDB I 598/604 – KFRecl 770/72 – KHAMM III 2, 475/80 – KRAUSEN Bayr. Präm. Kl. – Kunstf. Schnell 5, et multae editiones sequentes, praesertim pro ecclesia in Wies – SCHNELL/RINGMEIER 1954 – LAIRUELZ 408/09 – LEHMANN/BROCKHAUS 1381/83 – LEIDINGER 681 – LiAug 111/14 – LIENHARDT Eph. Hag. 30, 47, 263; Auct. 27, 56, 57, 62 – LThK IX 792 – MAYER/PFANNHOLZ 42/58 – MB VI 475/632 – MELCHINGER III 393/97 – MIGNE PL t. 188, 1463; t. 200: 525; 1116, 1119, 4. 206: 1028, 1229 – ÖSTERLEY 503 – Pfaffenwinkel passim – POTTHAST RPR 610, 3308, 6040/41, 10564/65, 10567, 10578, 10751, 14997 – PRESSUTI 2001, 2002 – RAMACKERS 134 – RegBoica Regb. 400 – RegImp V, VIII XI, cf. ind. – Reichsreg. Karls V. 1980 – RepGerm II 1222, IV 3392 – SANTIFALLER I 1, 148; II 1, 49 – SCHEGLMANN III 2, 376/96 – SCHERG BV Nr. 280 – SCHMELLER cf. ind. – SCHRAUDNER 110 – SCHRÖDER Staatsrechtl. Verh. 65 – SPECHT cf. ind. – STEINBERGER 9 – STUMPF BRENTANO II 4513, 4647, 4818 – STURM 99 – STUTZER Säkul. passim – Sulzb. Kal. 1854: 63/69; 1906: 58/74; 1907: 48/76 (auct. M. GRAF) TREMEL 34/37 – VALVEKENS Vis. Can. I 40 – WAEFELGHEM 285/87 – WENING I 191/92 – ZIMMERMANN Churb. G. Kal. I 187/89 – ZIMMERMANN Kloherald. 154/55 – ZORN cf. ind. – P. ACHT, Drei Fälschungen von Papsturkunden des 13. Jahrh. (Istituto di paleografia dell'Universita di Roma, Nuova Serie II/III 1956/57, p. 1) – A. AUER, Bayer. Klöster als Grundherren im Etschland, Urkunden und Regesten II Steingaden, München 1924 – J. BACHMANN, Die päpstl. Legaten in Deutschland und Skandinavien 1125/59 (Histor. Studien E. Ebering, Berlin 1913; 134, 232, 235) – A. BRACKMANN, Die Frage der Zugehörigkeit des Klosters St. zur Diöz. Augsburg (Stud. Vorarb. I 230/36) – J. DAMRICH, Der St. er Klosterbrunnen, Weilheim 1922 und „Huosigau“ 1937, 149/57 – H. DUSSLER, Das Kloster St. und Lechbruck (LechAmm V, 1954, Nr. 2, 3) – IDEM permulti articuli in eodem periodico 1952/55 – F. ESSENWANGER, Geschichte des Dorfes Irsingen, Buchlohe 1935 – T. FINKENSTÄEDT, Das Buch von der Wies, 2 voll. Weißenhorn 1980 – G. HAGER, Die Bau- und Kunsttätigkeit des Klosters St. (OA XLVIII 1892, 124/77) – S. HOFFMANN, Stift St. 1147–1947, St. 1947 – IDEM, Ein bisher unbekanntes Chronostichon im St. er Münster (Huosigau 1935, 150) – IDEM, Das Ende der St. er Bibliothek, ibid. 1936 – IDEM, Das Inventar des Klosters St. 1606 (ibid. 1936) – IDEM, Über den Schwedenkrieg und die Klosterhofmark St. (Ibidem 1937, 195/98) – IDEM, multi alii articuli in

periodico „LechAmm“ 1935/37 – E. KÖNIG, Die süddeutschen Welfen als Klostergründer, Stuttgart 1934 – C. LAMB, Die Wies. Kunstbücher des deutschen Volkes Nr. 22, München 1937, 1948 – J. G. LORY, Geschichte des Lechrains, o. O. 1765, II – P. LORY, Eine klassizistische Urkunde des Klosters St. vom 26. 9. 1786 (Lechisarland 1963, 75/76) – R. MÜLLER, Gregor Leonhard Reiner O. Praem. Notizen und Materialien zur Biographie eines früheren Kantianers in Bayern (Festschrift für N. Backmund, Secundum Regulam vivere 369–91) – A. OHNESORG, Die Kirchen der Pfarrei St. St. 1962 – R. QUOIKA, Bayern als Orgellandschaft (Acta Organologica I, Berlin 1967, S. 137/43) – H. PÖRNBACHER, Herzog Welf VI 1115–1191 (Lebensbilder aus dem Bayr. Schwaben Bd. 8, München 1961, S. 1/41) – F. SCHRANK, Baierische Reise, München 1786, 175/240 – H. SIMONSFELD, Zur Geschichte Friedrich Rotbarts, (Sitzber. Bayr. Akadm. Wiss. 1909, 14/17) – D. STUTZER, Wohl gewachsen, munter in den Gebäuden. Das Leben in Churbaiern, Rosenheim 1979 S. 202/30 (de abbate Mariano Mayr) – C. VOLKMAR, Die Exemption des Klosters St. von der Jurisdiktion der Augsburger Bischöfe (FDG XXII 1882, 670/73) – Epistola abbatis J. Wiedemann 1578 (Analecta Praem. 1961, 135/37) –

Series praesulum (clm 1921)

1. Praepositi

Anselm 1147–62	Eberhard 1293–1311
Konrad 1162–90	Ulrich 1311–37 ⁵
Gebizo 1190–98	Berthold 1337–69
Walter 1198–1208	Berthold 1369–79
Berthold 1208–23	Johann Brotschneider 1379–85
Gebizo 1223–39	Konrad 1385–92
Berthold 1239–65	Ulrich 1392–1400
Mangold 1266–70, 1276 ³	Petrus 1400–02
Egino 1270?, –1281	Johann Sürg von Sürgenstein
Heinrich 1273 ⁴	1402–31
Dietrich 1281–93	

2. Abbates

Johann Scheitterer 1431–45	Johann Dimpt 1527–35
Johann Pfeiffer 1445–50	Michael Moser 1535–53
Konrad Fischer 1450–56	Joachim Wiedemann (Salicetus)
Kaspar Suiter 1456–91	1553–80
Vitus Meier 1491–1500	Gallus Theiningner 1580–1606
Ulrich Griespeitel 1501–23	Georg Frühschütz 1606–23

³ HStA KIUrK Rottenbuch 25

⁴ Ibid. KIUrK Steingaden 96

⁵ Ulrich iam occurrit ut praepositus anno 1300 secundum HStA KIUrK Steingaden 167

Norbert Marstaller 1623–45
Augustin Bonenmayer 1645–74
Gilbert Schmid v. Wellnstein
1674–84
Hieronymus Hail 1684–87
Augustin Bauer 1687–99
Marian Biechele 1699–1708
Antonius Erath v. Erathsburg
1708–15

Magnus Pracht 1715–29
Hyacinth Gaßner 1729–45
Marian Mayr 1745–72
Gregor Fischer 1772–74
Franz Weber 1774–77
Augustin Bauer 1777–84
Gilbert Michl 1786–1803, † 1828

WILTEN SS. Laurentius et Stephanus

Wiltein, -thainn, -thau, -tina, Veldidena.

Juxta, nunc intra urbem Innsbruck, Dioec. Brixen, nunc Innsbruck. Austria

a) canonia virorum

Praepositura, dein, ab anno circiter 1250, abbatia. Tempore Romanorum ibi iam fuerunt castra (Veldidena), fama narrat ibi fuisse fundatum monasterium pro Benedictinis a gigante quodam Haymone circa annum 870. Quod vero probari nequit. Certe fuit ibi postea parva ecclesia collegiata. Quae cum omnino esset collapsa, a Reginberto episcopo Brixinensi Praemonstratensibus ex Roth est tradita, ante annum 1138 (non vero iam 1127). Filia: Speinshart. Parochiae incorporatae: Wilten (cum ecclesia parochiali perpulchra), Innsbruck St. Norbert, Pradl, Hötting, Amras, Mutters, Natters, Ampaß, Aldrans, Völs, Tulfes-Rinn, Igls-Vill, Sistrans, Lans, Patsch, Ellbögen, Gries im Sellrain, St. Sigismund im Sellrain. Civitas Oenipontana nata est et crevit sub tutela huius abbatiae.

Anno 1460 infulantur abbates, qui facti sunt capellani aulici nati (Erbhofkaplan) principum. Cardinalis Nicolaus de Cues, qui tunc erat episcopus Brixinensis, anno 1454 Wilten ab unione ordinis seiunxit, reformando eam per praepositum Stae. Mariae Magdeburgensis et uniendo eam Circariae Saxoniae. Defuncto Cardinale anno 1464 status quo est restitutus, sed mox episcopus Brixinensis canoniam sibi subiecit, ita ut illa per integrum saeculum (1492–1591) nullum habuerit connexum cum ordine. Anno 1591 reformata est a Rotha matre, anno 1606 a Servatio de Lairuelz. Hoc tempore disputabatur, utrum Suevicæ aggreganda esset circariae an Bavaricae. Postremo an. 1618 iterum Bavaricae est reunita, et quidem sub paternitate abbatis Scheftlariensis. Episcopi Brixinenses reclamaverunt statim jura sua usurpata, quod litigium acerrimum postremo decisum est in favorem ordinis

anno 1655. Ultimis decenniis saec. XVIII iterum separata fuit Wiltina a sua circaria, per leges Josephi II, et Electoris Bavarici. Ab anno 1859 pertinuit ad circariam Austriacam, ab an. 1968 vero ad Germanicam. Annis 1807–15 a gubernio bavarico fuit suppressum, qua occasione multa bona vendita et thesaura ablata sunt. Denuo suppressit eam Hitlerica tyrannis annis 1939/45, quo tempore etiam ecclesia fuit profanata. Status personalis: generatim 40–50 religiosi. Ab anno 1840 profecti sunt aliqui canonici eius in Americam, ubi in Prairie du Sac (Wisconsin USA) fundaverunt monasterium ordinis, iam ibi fuit domus formata, quae accepit novitios et administravit parochias, sed canonia mater in posterum parum de hac fundatione curabat, et ideo iterum desiit. Anno 1944 aggressionem aerea Wiltina satis est deleta, sed mox reconstructa. Pro tempore bene floret.

b) asceterium

De parthenone parum scitur. Versus finem saec. XIII supprimitur. Wernerus abbas eum post annum 1300 vertit in hospitale, cuius aedes adhuc exstant (LENTZE *Studia Wilt.* 220)

Archivalia: in loco: ca. 7000 dipl. 1138/1920; 2 Kopialbücher, s. XV et 1626/1818; Rechnungsbücher 1525/1762, Kastenamtsbücher 1814/1902; Urbare 1305/1800; Weistümer, Ordnungen und Statuten s. XVI/XIX; Zehentverzeichnisse 1651/1737; Inventare 1589/1620; Matrikeln und Messenverzeichnisse 1601/79; Tagebücher 1650/1860; Abttagebücher 1651/1850. – B. Mus. Ferdinandeum, Innsbruck: *Annales Wiltinenses* s. XVII, auct. A. TSCHAVELLER – HStA München 2 dipl. 1641 StA München: *Klosterliteralien Steingaden* Fasz. 692, 7: *Korrespondenz zwischen Abt Augustin Bonenmayr von Steingaden, dem Ordensgeneral und dem Bischof von Brixen wegen der Exemption von Wilten.* – BMun Nancy 991/II 289/99

Bibliographia adeo est ingens atque exuberans, ut septem paginae vix sufficerent. Remittimus lectorem ad articulum F. STEINEGGER: *Das Stiftsarchiv*, qui praebet bibliographiam integram usque ad an. 1953, praeter ea, quae historiam artis attinent. Ex qua bibliographia hic tantum praecipua adducimus, eamque complemus usque ad an. 1979.

BITTNER I 141, III 78, 120 – BÖHMER *Act. Imp. Sel. cf. ind.* – BRACKMANN *GP* I 150/51 – BRUNNER 681/715 – FIEDLER *Austria Sacra* III 423/29 – GERITS *Despruets* 121 – IDEM *Prem. Univ.* – GOOVAERTS I 37, 62, 65, 87, 95, 161, 246, 265, 294, 334, 354, 392, 393, 418, 431, 438, 447, 460, 614, II 26, 28, 51, 61, 102/04, 147, 161, 204, 206, 214, 255, 406, 408, 416, 420, III 27, 52, 147, 148, 155, 175, IV 44, 127, 254, 255, 320, 351, 353, 357 – HHSÖ II 488/90 – HUGO II 1095, prob. 686/90 – JW 7893 JOHN *The canons* – KDK S 316/17 – Lettr. com. Jean XXII 6424 – LThK X 927 – LIENHARDT *Eph. Hag.* 123, 283, Auct. 23, 59 – LINDNER *MonSal* 136/40 – MGH *UrkHeinr.* I cf. ind. – POTTHAST *RPR* 7664, 15196, 17909 – Reg. Boniface VIII 361, 846 – RegImp V cf. ind. – RegRB cf. ind. – SIEBMACHER 105 – WAEFELGHEM 324, 381 – WEISTHANNER *Trad. Schäftl. cf. ind.* – ZAK *Öst. Klb.* 49/51 – A. EMMERT, *Monumenta Tyrolensia* (*Österreichischer Geschichtsfreund* I 575 ff.) – N. GRASS, *Die Innsbrucker Gelehrten-*

akademie des 18. Jahrh. und das Stift Wilten (Tiroler Heimatblätter XXIII 1948, 13 ff.) – J. GRITSCH, Der Kreuzgang des Stiftes W. (Österr. Zschr. f. Denkmalpflege 1948, H. 1/2) – IDEM, Fresken des Pacherkreises im Kapitelsaal des Stiftes W. (ibidem II 1948 177 ff.) – W. GRÖBNER/GSCHNITZER, Seelgerätsstiftungen beim Stift W. (Anal. Praem. XLII 1966, 86/116, 236/75) – A. HAIDACHER, Ein Gnadenstreit zwischen dem Stift W. und der Universität Innsbruck aus dem Beginn des 18. Jahrh. (ibidem XXXI 1955 100/135, 193/226) – IDEM, Studium und Wissenschaft im Stifte W. in Mittelalter und Neuzeit (Veröffentl. Mus. Ferdinandeum Innsbruck 1956, 7/99 und Anal. Praem. XXXIV 1958, 350/61; XXXVI 1960 146/56, XLI 1965 158/65) – H. HAMMER, Das Präm. Stift W. (Tirol, 3. Folge 1931 pp. 3/15) – F. HUTER, Tiroler Urkundenbuch I, Innsbruck 1937, cf. ind. – A. JÄGER, Geschichte der landständischen Verfassung Tirols I, Innsbruck 1881 394/400 – H. LENTZE, Studia Wiltinensia, Innsbruck 1964. Continet sequentia (inter alia): Geschichte des Stiftes Wilten 213/78. – Pitanz und Pfründe im mittelalterlichen W. 37/51 (etiam in: Beiträge zur Innsbrucker Kirchengeschichte 1954, 5 ff.) – Leibrentenverträge im mittelalterl. W. 51/64 (etiam in: Carinthia I, Mittlgn. d. Geschichtsver. f. Kärnten CXLVI, 1956, 538/48) – Herrenpfründen im mittelalterl. W. 64/73 (etiam in: Innsbrucker Beiträge zur Kulturwissenschaft IV, 1956, 163/70) – Nikolaus v. Cues und die Reform des Stiftes W. 73/95 (etiam in MÖIG 1951, 501/27) – Stadt u. Kirche im mittelalterlichen Innsbruck 95/1 49 (etiam in: Österr. Arch. f. Kirchenrecht IV 1953, 212/68) – Die Wiltener Mission in den USA 204/09 – IDEM, Die St. Jakobskirche im Lichte der Rechtsgeschichte (Veröffentl. aus dem Stadtarchiv Innsbruck XII 1957) – R. PALME, Die Abtwahl im Stift W. von der Gründung bis zur Beendigung des Exemptionsstreites (Anal. Praem. XLVI 1970, 52/60; 191231, 238/63; 1971: 54/66) – K. SCHADELBAUER, Veröffentl. aus d. Stadtarchiv Innsbruck Nr. 1, 2, 6, 7, 10, Innsbr. 1950 ff. – IDEM, Studien zur Gesch. des Stiftes W. Heft I: Das Calendarium Wernheri als Tirolische Chronik, Innsbr. 1932 – IDEM, Zur Mittelalterl. Geistesgesch. des Stiftes W. (Tiroler Heimatbl. 1934 83 ff.) – J. SEEMÜLLER, Die Wiltener Gründungssage (Zschr. des Ferdinandeums 1895, 1/142) – A. SPARBER, Das hundertjährige Jubiläum der Wiederherstellung der tirolischen Stifte (Tiroler Stimmen 1916, Nr. 75) – A. STARA, Wiltner Handschriften in der Innsbrucker Universitätsbibliothek (Anal. Praem. XVIII 1942, 144/45) – F. STEINEGGER, Das älteste Kopialbuch des Stiftes W. (Tiroler Heimat XXII 1958, 39/55) – IDEM, Die Erbhofkaplanwürde der Äbte von W. (Festschrift N. Graß I, Innsbruck 1974, 634/64) – IDEM, Ein Kalenderfragment der Stiftsbibliothek W. (Der Schlern 1954, 408/11) – IDEM, Die mittelalterlichen Siegel des Stiftes W. (Adler, Zschr. f. Genealogie u. Heraldik 1954, 149/53) – IDEM, Probleme der Urbarforschung und das Urbar des Stiftes W. von 1305 als siedlungs- und wirtschaftsgeschichtliche Quelle (Bericht über den 5. österr. Historikertag in Innsbruck, Wien 1960, 92/97) – IDEM, Die gefälschten Urkunden des Bischofs Reginbert v. Brixen für das Kloster W. (Veröffentl. aus d. Stadtarchiv Innsbr. Nr. 10, 1956) – IDEM, Das Stiftsarchiv W. seine Bestände und deren Auswertung (Tiroler Heimat 1953, 75/95) – O. STOLZ, Politisch-historische Landesbeschreibung von Tirol, I Nordtirol, Wien 1923, 319 ff., 824 ff.) – H. SZANTO, Die Hausordnung des Abtes Gregor von Stremer aus d. Jahre 1699 (Anal. Praem. XXX 1954, 178/218) – IDEM, Reformversuche im Stifte W. nach dem Konzil v. Trient (ibid. 1959, 56/78, 227/64) – N. WICKHOFF, Beschreibendes Verzeichnis der illuminierten Handschriften in Österreich (Leipzig 1905/29) I 271/73 – Wilten, Nordtirols älteste Kulturstätte (Tiroler Heimatblätter Bd. II, Innsbr. 1926) –

Monasticon Praemonstratense, Editio Secunda, 1983

Series praesulum (Lentze)

1. Praepositi

Marquard 1138/42	Heinrich Milunar 1220/25
Heinrich 1142–86	Konrad 1230
Dietrich 1186–90	Ulrich inter 1245 et 49
Gunther 1201	Ludwig 1249–57
Siegfried post 1201–07	

2. Abbates

Gottschalk 1260–66	Christoph Larcher 1594–1601
Witmar 1266–88	Markus Kniepasser 1601–05
Konrad Amraser 1294/99	Simon Kammerlander 1605–21
Wernher 1300–32	Andreas Mayr 1621–50
Konrad Partenkircher 1332–37	Dominikus Löhr 1651–87
Johann 1337–38	Johann Mayr 1687–93
Konrad Speiser 1338–68	Gregor v. Stremer 1693–1719
Johann 1368–71	Martin v. Stickler 1719–47
Friedrich Penser 1372–82	Norbertus Bußjäger 1747/65
Jakob 1382–97	Joseph von Lizzi 1765/78
Heinrich 1397–1401	Norbert v. Spergs 1778/82
Jodocus Kurz 1401–13	Hieronimus v. Egloff, prior 1782/84
Heinrich Putsch 1413–28 res.	Marcus Egle 1784/1820
Johann Belkel 1428–52	Aloisius Röggl 1820/51
Erhard 1452–58	Johannes Freninger 1851/76
Ingenuin Mösl 1458–64	Franz Sales Blaas 1877/88
Johann Lösch 1464–69	Laurentius Müller 1888/1906
Oswald Trenker 1469–70	Adrianus Zacher 1907/22
Alexius Stoll 1470–92	Henricus Schuler 1922/49
Jakob Schmölzer 1492–98	Hieronimus Triendl, coadjutor 1948
Leonhard Klingler 1498–1531	abbas 1949/56, res.
Georg Tremer 1531–36	Aloisius Stöger 1957–
Johann Brunner 1536–76	
Ulrich Kriendl 1576–85	
Johann Sauerwein 1585–94	

WINDBERG Assumptio B.M.V, SS. Sabinus et Serena

Winne-, Wind-, Winde-, Winithberg, -perg, -berge, -Perga, -berga, -burg.
Bindwerg, Wintenburg, Ecclesia Ventomontana.

Monasticon Praemonstratense, Editio Secunda, 1983

Amoene situm est in monte prope Bogen, Bavaria Inferior, Dioec. Re-
gensburg. Circ. Bavariae usque ad an. 1803, 1924–37 Circ. Brabantiae, dein
immediate subiectum abbati Generali, ab an. 1970 Circ. Germaniae.

a) Monasterium virorum

Narratio foundationis tradita in fontibus saec. XII (Primordia Windber-
gensia, MGH: Winith eremita saec. X, et fundatio canonicae an. 1125) fabu-
lae sunt et adinventiones. Revera res ita se habuit – et quidem sat intricate:
Parvus coetus sacerdotum saecularium, duce Rudberto praeposito ut sic
dicta „capella“ in castro Alberti comitis (postea de „Bogen“ nuncupati) de-
gentium, aspiravit vitam communem in forma canonica, juxta ecclesiam co-
miti propriam, quae probabiliter iam fuerat parochialis. Ex passu quodam in
vita Sti. Ottonis episcopi Bambergensis: „et tibi Windbergensem (scil. eccle-
siam) donavit possessionem, qui adunavit ibi cleri congregationem“ possu-
mus concludere influxum illius in ortum monasterii. Sed Albertus, cuius fa-
milia paulo ante in vicinitate fundaverat insignem abbatiam OSB, noluit
consentire, donec alii amici potentes et magni ponderis, ut Gerhohus de
Rottenbuch, Chuno episcopus Ratisbonensis (quondam abbas in Siegburg
OSB) et forte annis 1126/33 etiam ipse Stus. Norbertus animum eius verte-
rint in favorem. Decisionem vero effecit Wladislaus dux Bohemiae qui bona
fundatitia egregie auxit. Communitas certe iam ante annum 1140 fuit stabi-
lita, et quidam sub norma Praemonstratensi, quo anno se canonicum postu-
lavit ex Schäftlarn in praepositum. Anno 1142, in adventu dicti Wladislai,
Albertus comes cessavit castrum suum Windberg ordini, et se transtulit in
Bogen. Tunc Gebhardus praepositus postulatus est ex Bedburg. Iam anno
1146 datur confirmatio pontificia, et canonica prima omnium domuum ordi-
nis in Germania, facta est abbatia. Ut omnes domus, quae huiusmodi fuerant
exortae ex semetipsis, habebatur ut „filia Praemonstrati“. Ab anno 1147 mo-
nasterium duplex, de quo vide infra. Ecclesia adhuc existens consecrata est
anno 1167. Sub abbate Gebhardo monasterium valde effloruit, praesertim ut
centrum scientiae et litterarum. Habuit varias curias: Ainbrach, Sossau (cum
sanctuario mariano egregio), Albrechtsried et Fierlbach-Münchshöfen. Pa-
rochias vero incorporatas: Viechtach 1390, quod ab an. 1427 serviebatur a
canonicis et an. 1616 commutata est pro Hunderdorf monasterio vicino (ab-
hinc, una cum filiali sua Neukirchen excurrando provisum). Cui accedunt in
decursu saec. XIII Englmars, Albrechtsried, Sossau – ubi resederunt canonici
– et parvum Albertskirchen. Anno 1414 obtinuit jus pontificalium. Anno
1504 in bello bona eius adeo sunt devastata, ut maiorem partem coacta sit
alienare. Saeculo XVI disciplina fuit collapsa, donec abbas Andreas Vögele
(† 1632) impetraverit reformationem efficacem. Tunc aliquas parochias sae-

culares assumpsit ad tempus, ex quibus duas vicinas, Degernbach et Perasdorf, retinuit usque in finem. An. 1718–25 incipitur constructio novi monasterii, sed non perficitur. Sub abbate Bernardo Strelin († 1777) bene floruit. Status personalis: 1504: 29, 1652: 15, 1730: 32, 1765: 43, 1803: 31, 1949: 15, 1982: 13 religiosi.

An. 1803 suppressa est canonia. Ecclesia facta est parochialis, praelatura vero domus parochi. Conventus an. 1835 versus est in praxatorium. Qui an. 1923 cum in eo esset, ut corrueret, abbatia Bernensis aedes et bonum exiguum redemit, anno sequenti antiqua canonia restaurata est canonice. Bellum et gubernium hitlericum prosperitatem inhibuerunt valde. Anno 1948 restaurata est ex Windberga canonia Rothensis in Suevia, item annis 1983/84 Roggenburg. Anno 1963 recuperavit parochiam loci. Aedes interea sunt splendide renovatae, sicut et ecclesia annis 1965/70. Canoniae adnexa sunt „Jugendhaus“ et „Bildungszentrum“.

b) Asceterium. St. Blasius

Windberga orta est ex communitate virorum, nec ab initio fuit monasterium duplex, ut alias de more. Asceterium adnexum fundatum fuit ab Hadwige comitissa de Bogen post obitum mariti eius Alberti anno 1147, propriis donis ab initio dotatum. Primae sorores probabiliter venerunt ex quolibet monasterio duplici circariae. Ecclesia propria pro eo juxta ecclesiam abbatialem sub titulo Sti. Blasii est constructa, quae mox insimul serviebat ut parochialis. Tamen vix videntur fuisse „sorores cantantes“, sed potius conversae tantum, quae tamquam „sorores nostrae“ occurrunt in necrologio usque in finem saeculi XVI. Saeculo sequenti non iam extiterunt, sed saec. XVIII revixerunt tamquam tertiariae, quae vocabantur „Betschwestern“. Extant residua asceterii mediaevalis. Ecclesia Sti. Blasii mansit exclusive parochialis, anno 1804 profanata et 1849/53 destructa est.

Manuscripta et Archivalia: StB München clm 22201/22422: Annales W.-enses 1191–1241 (edd. MGH SS XIII 752 ff.), desgl. 1196–1407, (clm 1031 edd. MGH SS XVII 559/66); Relatio de origine monasterii S. XII (clm 22201, 22248, edd. MB XIV 9/18, u. JAFFE 519/24); Nekrolog 12–16. Jahrh.: clm 1031 edd. MGH Necr III 383/405 et 1495 (clm 1030); Chronik von 1653: clm 1514; Chronik 18. Jahrh.: cgm 2963; Bibliothekskatalog: clm 1930; Visitation 1598: clm 25223 – Univ. Bibl. München: Chronica Resselii 1661: MS 288 – Diözesanarch. Regensburg: Wassenberg IV 386/95 – HStA München 1064 Urkunden 1146–ca. 1800, 36 Lit. s. XIV–1803: Nr. 1/18 Sal-, Zins-, Stift- u. Giltbücher 14. Jahrh. bis 1803; Nr. 19–24: Rechnungswesen 1430–1560; Nr. 25/1–31: Jurisdiktion, Streitsachen 16.–18. Jahrh.; Nr. 32: Archivrepertorium 1630; Nr. 33, 35: Archiv und Bibliothek 1803; – GRP cf. ind. – Generalregistrator 759/2 (1634) – Stiffbüech 1541 von Abt Talmair – StA Landshut: KL Rep 44, Fasz. 180/87: Verhältnis zum Landesherrn, Jurisdiktion, auswärtige Besitzungen, Abtwahlen, Visitation und Abdankung des Abtes Joachim 1799, Kandidatenauf-

Monasticon Praemonstratense, Editio Secunda, 1983

nahme, Kapitalien, Bau-, Forst- und Kriegssachen, Geistliche Angelegenheiten, Grundherrschaftl. Verwaltung, Aufhebung 17.–19. Jahrh. – Desgl. Bayr. Akten (s. Repertorium 5, 28a, b, c; 61, 79, 92, 93, 97b, c, d, e; 105a, 149, 159, 160, 164, 165) Rechnungswesen, Streitsachen, Untertanen, Pfarreien, Bausachen, Pfarreien, Protokolle, Forstwesen 16.–19. Jahrh. Säkularisation. Hervorzuheben sind: Salbuch 1469 (Fasz. 4 100a. Die Urschrift von 1302 ist leider im Krieg verloren gegangen) 19 Gilt und Stiftbücher 1399–1770 (ebd. 99/100, F 5, 102/118); Ausgabenbuch 1490/98 (F4, 101); Priorat-Haushaltrechnungen 1713/20, 1780 (ebd. 7, 119); Steuerregister 1640–99 (ebd. 6.121); Haupt und Abteirechnung 1675 (F 460, 16045); Hofanlagsbuch 1777 (F6, 122); Briefprotokolle des Klostergerichts 1632–1760 (F 1/10, 87. Die von 1760–1803 sind verbrannt) Salbuch von Sossau 1730 (Rep. CXVIII 49); Inventurbücher 1753–1802 (F 11). – Diöz. Archiv Regensburg: Verzeichnus der Regenspurgischen Visitation 1559 I 450, 485, 559/60. – Prälätenwahlen 1542–1800, Gerichtsprotokolle 1633–71, 4 Fasz. Inkorp. Pfarreien und Approbationen 1587–1802, Geldsachen 1633–66; Lizenzen 1685–1840; – Erzbischöfl. Archiv u. Domkapitelbibliothek Prag: Akten Albrechtsried betr. – Pfarrarchiv Windberg: 14 Fasz. Akten und Urkunden 1402–1810 – Bibl. Publ. de Nancy: Fonds Hugo 992 XVIIIff. 383/444, 587/603, 607/50 –

Litteratura: (succincta. Fusam et completam invenies apud BACKMUND, Kloster Windberg 218–26). – ARETIN IV 24/52 – BACKMUND Chorh 209/14 – IDEM, MGSch 3/8 – IDEM, EpGeschBZ – Bavaria I 1114 – BRACKMANN GP I 324/27 – IDEM Vorarbeiten 60, 65, 83, 224 – BRUSCHIUS NESSEL Suppl. 10ff. – CCLBM I 1, 225, II 4, 28/49 – ERTL 241 – GAMS Regensb. 212/14 – GERCKEN II 77/80 – GERITS Prem. – GLASSCHRÖDER II 80/81 – GOOVAERTS I 20, 71, 73, 139, 190, 270, 274, 297, 340, 347, 391, II 61, 214, 263, 408, 431, IV 33, 194, 286, 431 – GOTTLIEB 82, 390 – HALM/LILL 1, 7, 65 – HARTIG Ndb 253/67 – HAUCK IV 974 – HHD VII 778 – HUGO I 32, II 1163, prob. 724/27 – HUND GEWOLD III Rat 338/42, Mon 488/94 – JL 12811, 14876, 15316 – JW 8971, 15464, 15567 – JANNER II 79/81 – JbDGFriedr I 783, Konrad III 290 – JOHN Canons – KARLINGER I 22, 46, 48, 209 – KDB IV Bogen 440/517 – KFRcl 858/60 – Kunstf. Schnell Nr. 473 (1940, 1963, 1978) – LAIRUELZ 412/13 – LEHMANN/BROCKHAUS 1533/39 – LEIDINGER Fundationes 697/711 – LIENHARDT Eph. Hag. 34, 90, 334, 336 – LiSal 464/67 – LThK X 933 – PEZ VI 399, 417, 441/66, 476 – PETZET 31 – PFLUGK HARTTUNG II 436, III 81 – POTTHAST RPR 4705, 6168, 10726, 11819, 11820, 13218 – RAMACKERS 134/35, 142/43 – RegBoica cf. Regb. – RegImpVIII 356, 968, XI 5864 – RegsbUrkb I cf. ind, II Nr. 848, 915, S. 475, 479 – RepGerm II 59, 935, 1020, 1429, III 39, 374, 401; IV 3798 – RIED Nr. 230, 282, 442, 709, 755 – SANTIFALLER I 1, 125, 224, 248, II 1, 29, 42, 54, 145, 175, 182, 397 – SCHEGLMANN III 2, 429/53 – SPECHT cf. ind. – STAMMLER/LANGOSCH I 24 (Alber) – STUMPF BRENTANO II 3794, 3883, 4163, III 154 – Sulzb. Kal. 1855 – TREMEL 101/02 – VALVEKENS Vis. Can. 32, 40 – VIERLING 268/71 – WAEFELGHEM 325/26 – WENING IV 89 – ZIMMERMANN ChurbGKal IV 314 – ZIMMERMANN Kloher. 180/81 – AICHINGER Kloster Metten und seine Umgebungen, Landshut 1859, 270/92 – Ego scripsi permultos articulos. Sed omnis materia in ipsis exarata melius et fusius congesta est in libro N. BACKMUND, Kloster Windberg. Studien zu seiner Geschichte, Windberg 1977 – Alia praecipua: IDEM, Aus dem Windberger Pitanzenbuch (Anal. Praem. LIV 1978, S. 82/84) – IDEM, Brief eines Windberger Chorherrn an die Regierung zwei Monate vor der Aufhebung (Anal. Praem. XII 1936, 173/78) – IDEM, Briefe von Layruelz und Longpré an Abt

Andreas Vögele anlässlich eines Exemptionsstreites mit dem Regensburger Bischof (ibid. IX 1933, 33/37) – IDEM, Das Protokoll der Wahl des Abtes Augustin Schmidbauer von W. 1717 (ibid. IX 1933, 320/22) – IDEM, Die Akten des bayrischen Provinzialkapitels von 1629 (ibid. IX 1933, 305/320) – IDEM, Die Kirchenschätze des Klosters W. Ende des 16. Jahrh. (ibid. X 1934, 112/14) – IDEM, Die Totenrotelversendung beim Kloster W. kurz vor der Säkularisation (Zschr. f. Bayr. Landesgesch. 1934, S. 481/87) – IDEM, Ein Sakristeiinventar von 1662 aus dem Kloster Windberg (Ostbayr. Grenzmarken 1980, 25/38) – IDEM, Jurisdiktionsstreitigkeiten des Klosters W. mit dem Ordinariat Regensburg 1754/69 (Festschrift zum 60. Geburtstag von Prof. H. Lentze, Innsbruck 1969, 15/19) – IDEM, Besitz und Einkünfte des Klosters W. 1803 (Jb. d. Histor. Ver. für Niederbayern 1980, 9/15) – IDEM, Visitationen in Windberg 1593 und 1598 (Anal. Praem. XLVIII 1972, 130/34) – IDEM, Zwei Urkunden zu einer Windberger Abtwahl 1435 (Anal. Praem. XIII 1937 133/39) – BÖHMER, Fontes Rerum Germanicarum, Berlin 1943, 524/25 – B. BRAUNMÜLLER, Beiträge z. Gesch. des östlichen Donaugaues u. d. Grafen v. Bogen (Progr. des Gymn. Metten 1872/73) – IDEM, Die lobsamten Grafen von Bogen (ibid. 1873/74 und VN XVIII 1874, 113 ff.) – IDEM, Monumenta Windbergensia (VN XXIII 1879, 137/79) – IDEM, Sossau, seine Kirche und seine Wallfahrt, Straubing 1877 – T. GERITS, Actes de confraternité de l'Ordre de Prémontré de l'Abbaye de W. et des Benedictins d'Oberalteich (Anal. Praem. XLI 1965, 320/24) – E. G. GRAFF, Deutsche Interlinearversion der Psalmen aus einer Windberger Handschrift zu München, Quedlinburg 1839 – E. HUBRICH, Windberger Gebete aus dem 12. Jahrh. (Bayerwald 1933, Nr. 11/12 S. 153/57) – F. W. KAUTZENBACH, Der Prädikant Thomas Rorer (Zschr. f. Bayr. Kirchengesch. XXV 1956, S. 152/65) – J. KORNMÜLLER, Daten über das alte Präm. Kl. W. (VN V 1856, S. 192/262) – H. LEWARK, Zur deutschen Interlinearversion der Psalmen aus dem Kloster W., Diss. Marburg 1914 – M. MANITIUS, Drei ungedruckte Bibliothekskataloge (Neues Archiv XXXII 1906, S. 243/51) – O. MANNL, Die Prämonstratenser der Prager Erzdiözese nach den Bestätigungsbüchern 1354–1436, SA aus dem Jahresbericht des Gymnasiums in Pilsen 1903, S. 27/28 cf. ind. – M. PIENDL, Die Grafen von Bogen (JBer HV Straubing LXXVII 1952, S. 25/82; LXXVIII 1953 S. 9/88; LXXIX 1954 S. 25/79) – R. ROMMENS, Gebhard, Propst und erster Abt von W. † 1191. Skizzen zur Frühgeschichte einer Präm. Abtei (Festschrift N. Backmund, S. 169–197) – J. A. SCHMELLER, Die althochdeutschen Sprachdenkmäler Windbergs (Haupts Zeitschrift f. Deutsches Altertum VIII 1851, S. 120–45) – A. STURM, Windberger Schrifttum von der Gründung des Klosters bis zum Ausgang des Mittelalters (Ostbayr. Grenzmarken XIII 1926, S. 105/11 und 142/54) –

Series abbatum

Rudbertus praepositus –1140	Ulrich 1204–10
Eberhardus, item 1140/41	Volmar 1210–16
postea praep. in Schäftlarn	Johannes 1216–21
Gebhardus item 1142, abbas	Konrad 1221–29
1146–91	Johannes 1229–42
Konrad 1191–1203	Heinrich 1242–73 res. † 1276
Petrus 1203–04	Albero 1273–77 res.

Monasticon Praemonstratense, Editio Secunda, 1983

Ulrich 1277–81 res. † 1309	Paulus Fischer 1496–1511
Konrad 1281–94	Siegmund Regenmüller 1511–19
Heinrich v. Netzstuhl 1295–1305 res. † 1306	Wolfgang Carnifex 1519–23
Dietrich 1305–23	Kaspar Schwab 1523–26
Wernher 1323–27	Gregor Haidpichler 1526–41
Friedrich 1328–35	Johann Talmair 1541–70 res.
Gottschalk 1335–45	Christophorus Curtius 1570–96 res. † 1598
Friedrich Burgstetter 1346–57	Andreas Vögele 1596–1631
Thomas 1357–61 res. † 1369	Sabinus Aygenmann 1631–34
Konrad 1361–69	Michael Fuchs 1634–81
Johannes Hetzinger 1370–85	Christophorus Hallwachs 1681–91
Ulrich Hofmann 1385–93 res. † 1394	Franciscus Knodt 1691–1717
Berthold 1393–1400	Augustin Schmidbauer 1717–32 res. † 1734
Nikolaus Lohamer 1400–30, res. † 1436	Norbertus Schranck 1732–35
Johannes Perchinger 1430–35	Bernhard Strelin 1735–77
Albert v. Perching 1435–61	Joachim Eggmann 1777–99 res. † 1824
Jakob Poyssl 1462–67, res. † 1468	Ignatius Preu 1799–1803, † 1840
Ulrich Hummel 1467–96 res. † 1498	

Prior de regimine

Michael van der Hagen 1924–49 res.
† 1970

Administratores

Milo Ondersteyn Abbas Bernensis Callixtus van Veghel 1958–71 † 1974
1949–58

Priores de regimine

Wolfgang Vos 1971–76 Thomas Handgrätinger 1976–

